

quamquā & heic subveniret atq; intercederet aliquis cum  
Natali Comite Muretus (21) scribens, Non igitur, cūm Poë-  
tarum libros interpretamur, in anibus fabellis, nutricum mo-  
re animos ducimus, sed sementem quandam virtutis atq; do-  
ctrinę facimus: non in levibus minimeq; frugiferis rebus ope-  
ram sumimus, sed præcepta sapientię, quod facilius in animos  
influant infatiabili quādam admirabilium rerum varietate  
condimus. Quibus succinit M. Fabii Quintiliani 22 sen-  
tentia, Non est aequum id haberi malum, quo bene uti  
licet.

Ne hæc, inquam, aut alia quæ in hanc rem dici  
possent ipso quoq; B. Luthero 23 hyperaspiste, qui non sa-  
tis habuit, quod Ecclesiam & religionem à fermento Mo-  
nachorum & Pontificum repurgasset, nisi quoq; Æsopi-  
cas fabellas pro Scholis emendaret & emundaret, allega-  
mus: Certè de virtutibus Gentilium honestius atq; mi-  
tiùs sentiendum est atq; pronunciandum. Nempe in  
hominibus non renatis, quales sunt isti Gentiles, quorum  
nnus fuit & præcipitus Magnus ille Alexander, daosant  
consideranda: Quædam ius insunt, quatenus sunt homines,  
qua negq; ex fide negq; ex incredulitate, sed ex natura proprië-  
tati dicuntur, ut opera natura peragere, naturalia contem-  
plari, politicanam societatem adjuvare, ad cognitionem Dei  
adspirare: De his, in quorum censum referenda  
etiam sunt virtutes, non potest dici, quod sint pec-  
cata, quum etiam in renatis locum habere possint. Quædam  
vero ius competunt, quatenus sunt non renati, ut ignorare  
Christi personam & beneficia, loco veri Dei aliquod idolum  
colere, &c. Atq; hæc sunt referenda inter opera carnis & ea  
qua non ex fide fiunt. Vides itaq; virtutes basce Ethicas  
negq;

(21) Orat. 3. Volum. I. de Ihsu & præstantia literarum humanior.  
(22) lib. II. Institut. cap. 17. (23) Vide Tom. V. Jenens. fol. 285. b.  
seqq.